



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

III. Iudices debent ad locum venire, in quo facilius partes possunt esse
praesentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Si vobis constiterit, quod præfatus P. nullo metu velvi co-
actus, sed spontanee prælibatam ecclesiam abiurauit, ei
(omni contradictione & appellatione remota) super hoc
perpetuum silentium imponatis.

C A P. III. *Idem.*

Fratres * Arcemarenes grauem ad nos contra abbatem
suum transmisere querelam, dicentes eum bona illius mo-
nastrii dilapidasse, ipsumque inutilem & sortilegum esse.
Nuntius vero abbatis in præsentia nostra constitutus, hæc
omnia instantius denegabat, adiiciens præscriptum abba-
tem ab administratione absque rationabili causa deſtitu-
tum. Ideo dilectioni vestræ, &c. quatenus ad locum in quo
24. Quæſt. I.
Pudenda.
facilius possitis partes præsentes habere, & de cauſa cognoscere venientes, & quaæ hinc & inde proposita fuerint, au-
dientes diligentius, negotium ipsum, omni gratia & amo-
re postposito, terminare curetis, ita quod si vobis conſti-
terit prædictum abbatem irrationabiliter deſtitutum,
ipsum reſtituatis. Si vero deſtitutus non eſt, & eum inue-
neritis deſtituendum, illum auctoritate nostra deſtituatis,
indemnitati ecclesiæ, ſicut melius noueritis expedire, con-
fulentes. Verum si prædicti fratres ipsum canonice conui-
cerunt de obiectis, depositionis ſententiam afferatis. Ce-
terum si præfati fratres, accusationis libello porrecto, in
probatione defecerint, abbati canonica purgatione iniun-
cta, illos debita animaduersione puniatis.

C A P. IV.

Idem V Vigorniensis episcopo & Heliensis archiepiscopo.

Audita querela dilecti filii nostri T. clerici carissimi in
Christo Scotorum regis, quod H. persona ecclesiæ de
Sandeta, ipsum ſuper ecclesia de Porten indebitē mo-
leſtauit *, quam liberam tunc & vacantem ad præſenta-
tionem eiusdem regis prædictus T. adeptus fuerat, licet
idem H. ſponte iurasse dicatur, quod ſuper eadem ec-
clesia de Porten præfato T. nullam quæſtionem moueret:
venerabili fratri nostro Londoniensi episcopo & tibi fili ar-
chidiacone dedimus in mandatis, ut rei veritate diligenter
inquisita, ſi vobis conſtarerit, quod prædictus H. alterius
ecclesiæ personatum haberet, vel iuramento spontanee